tate nititur accipiendus, de primog. lib. 4. cap. 5. n. 6. latiusque post plures alios prosequitur Petr. Barbof. vt utique eleganter probans in l. 2. in princ. ff. soluto matrimonio, l. part. a. num. 36. & 40. in uito num. 43. illar. ult. verfi. Pro concordia, vbi quod de interesse diximus, prefato modo declarat, contrarias opiniones concilians; qui rursus in verfi. Dicitur autem, primum annectit exemplum interesse damni emergentis, & secundum nom. 47. verfi. Adde aliud, ac mox n. 48. verfi. Potest etiam, alterum prosequitur interesse luci cessantis, quodd potest mulier soluto matrimonio petere, cuiusque a precedenti differentias; ac nonnulla exempla, primum num. 49. secundum num. 50. verfi. Est aliud, & tertium num. 51. verfi. Additur, tandem post alios subiungens, difficilem hanc probationem esse, concludenterque faciendam per duos saltem testes, qui etiam non interrogati dicti sui rationem reddant. Idemque vt certissimum resoluunt Alexander, Trentacinq. variat. resol. lib. 3. resol. 2. de pignor. num. 14. & resol. 6. de iur. dot. num. 5. verfi. Sed nota, Pater Reb. de obligat. iust. 2. part. lib. 6. q. 11. n. 11. & seqq. iunctis ab eodem traditis lib. 8. q. 5. 6. & 7. per tot. Rodrig. de reditib. lib. 3. q. 5. n. 50. verfi. Dummodo, q. 7. n. 54. ampliat. & numero 55. verfi. Temperanda, & melius q. 8. n. 20. a verfi. At vero post primum, Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 240. a n. 3. ad 8. inclusiue, & cap. 243. a n. 11. D. Ioan. del Castillo quoad controu. tom. 3. cap. 23. n. 60. & 61. Gabr. Alvarez de priuileg. paup. 1. p. q. 26. a n. 48. Hermosilad Greg. Lop. in l. 10. tit. 1. P. 5. gl. 4. a n. 211. nouissimè D. Larrea disp. Granat. 37. n. 28. circa fin. verfi. Tamen id præcedit, qui plures emulant, congerunt & alios penè innumeros D. Francisc. Hieron. Leo decif. Valent. 62. num. 3. & 4. lib. 1. (vbi hanc sententiam vetiore, & receptiore dicit, femota constitutione Valentina, quam a n. 5. defendit) Mar. Giurb. ad consuetud. Senat. Messane. p. 1. cap. 15. gl. 15. num. 25. & 39. & Antonin. de Amato resol. 49. num. 84. 89. & 96. qui tamen duo materiam istam late explicant, & exornantes, in nonnullis ab hac resolutione recedant, & in eo potissimum, quod cum multis (quorum magnam partem, corruptè, & magnam falsò allegant) verius ac receptius esse censent, ille n. 30. 31. & 32. ac n. 35. in fin. verfi. Et hoc puto, hic verò numero 94. & 96. verfi. Et sufficit, in locis vbi frequentes sint annuorum reddituum venditiones, iuste posse viduam absque alia probatione, prætere de interesse luci cessantis, ob dotalem pecuniam suo tempore non restitutam, quam sententiam, & Auend. amplectitur d. cap. 3. n. 16. verfi. Quod quidem maximè, plures etiam pro ea citans, à me diligenter vilos, qui contrarium potius docuerunt, specificam cuiusque interesse præteriti probationem exigentes, eamque plenam, ac concludentem, qualis ea non est, quæ sola nititur præsumptione, quod ob frequentiam venditionis census, eos mulier emisit ex dotali pecunia, si sibi tradita fuisset; quia præterquam quod ea, quæ facti sunt, minime præsumuntur, vt pluribus probant Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 14. num. 1. & alij à me relati differt. 20. num. 38. accedit & illud, quod posset etiam mulier nosse redditus emere, ob eorum perpetuam naturam, quæ nisi ex debitoris voluntate redemptionem non admittit, vt in simili considerat D. Molin. d. lib. 4. cap. 5. num. 5. verfi. Sed quoniam, & sic militat vulg. reg. leg. neque tales 10. C. de probat. cum similibus à me relatis differt. 3. n. 35. Nec D. Couar. d. cap. 1. n. 3. illar. 6. verfi. Possit fortassis, qui per ea sententia præsertim ab aliis citatur, eandem firmavit, sed sub dabo illo fortassis locutus est, & illar. seq. in fin. vbi idem constantius voluisse videtur, in longè diuerso casu loquitur; & licet

illa opinio in praxi à plerisque iudicibus recipi soleat, vt testantur Bolognet. in d. l. vnic. C. de sentent. que pro eo, quod interest n. 127. verfi. Vide tamen, & conf. 13. num. 2. verfi. Et videt, Menoch. conf. 7. numero 16. Rodrig. de reditib. d. lib. 3. q. 7. n. 55. in fin. Adde etiam D. Molin. (qui etiam de magis communi minus vere testantur) d. c. 5. ad n. 6. verfi. Tandem, innitò verfi. Et ita obseruatur, tamen praxis, & traditio huiusmodi planè erronea est, & à iuris principis diuina, vt ex nuper traditis apparet, & animaduertunt idem Bolognet. d. verfi. Vbi tamen, ad medium, asserens eam sibi semper vilam fuisse inquam, neque percipere se potuisse vel fundari possit, & Rodrig. d. lib. 3. q. 8. num. 20. p. 1. verfi. Sed in praxi, vbi ait, eam esse periculosam, & vix iure defendi posse, eandem quoque merito reiciunt Petr. Barbola (sic rectè intelligens D. Molinam d. num. 6.) in d. leg. 2. in princ. ff. soluto matrim. 1. p. num. 51. verfi. Adde, Stephan. Gratian. (asserens, contra eam in Rota Romana iudicatum coram Cardinali Blancheto) d. c. 244. n. 13. & D. Larrea d. disp. 37. n. 28. Atque ita* in Granatensi Prætorio in gradu supplicationis similiter iudicatum est, me iudice, vti die Maij anni 1640. in causa Agnetis Lopez Carraco, viduæ Ioannis de Camargo, cum Antonia de San Iuan, velut filia, & herede Bartholomæi Fernandez, quæ ex causa iudicati bona dicti Ioannis possidebat, cum executionem in eis petiisset ex vi publici instrumenti, in quo idem Ioannes, & Agnes eius vxor, simul se in fauorem dicti Bartholomæi pro quodam censu obligauerant; qua obligatione ad instantiam Agnetis, ob metum sibi à marito illatum, & alia à se deducta, irrita quoad ipsam per executoriam sententiam postea declarata, eiusque virtute nullis illis pro dotis retentione sibi per coactionis mandatum restitutus, & cum effectu restitutus, iterum Antonia agere ordinariè cepit aduersus Agnetem, vt ex bonis ipsis, vt potè debitam illi dotis, quantitatem duorum mille & quingentorum ducatorum magnoperè excedentibus, quantitatem eandem recuperaret, illis, quæ ad eam redigendam necessaria forent, publicè venditis, cæteraque sibi restitueret; illa ex disterfo inter alia contendente, eorum bonorum retentionem sibi competere nedum pro dote ipsa, sed etiam pro eius interesse, ratione retardata solutionis. Nam hæc allegatione non obstante, in fauore Antonie pronuntiatum est ab ordinario iudice oppidi de Truxillo, & in gradu appellationis, & supplicationis à nobis confirmatum, nempe vt sibi redderentur, quæ quantitatem illam dotis excederent, nulla prædicti interesse, (quod probatum non est, sed solum ex frequentia emptiois census non probatum) habita ratione, per ea quæ resoluimus. In quo quidem, quia de eo ab initio fuit actum, supplicationis sententia, quæ & reuisionis dici solet, inconcussa mansit, licet in nonnullis denud additis postea fuerit reformata, in quibus noua fuit ab illa supplicatio interposita, & in Senatu admissa, * vt & alias passim, iuxta ea, quæ tradiderunt Angel. in l. item si cum exceptione 14. §. hæc autem actio, numero 4. ad fin. verfi. Et idè in qui succumbis, ff. de eo quod mer. causa, & in l. vnic. num. 1. Cod. ne liceat tertio prouocare, Bellin. in cap. quoad consultatio nem 15. num. 16. verfi. Et idè si succumbis, de sent. & ro iudic. & post Socin. & alios D. Couarr. in pract. cap. 25. num. 6. Menoch. conf. 1048. n. 5. volum. 11. Surd. conf. 102. num. 3. Iacob. Cancr. var. resol. lib. 2. c. 12. n. 25. alias 28. & lib. 3. cap. 18. a num. 30. ad 33. Anton. Theaur. decif. 122. numero 7. & decif. 228. numero 2. Stephan. Gratian. disceptat. forens. tom. 1. cap. 42. a num. 9. Fontanella de pact. nups. tom. 1. claus. 4. gl. 18. 4. p. a numero 116. ad 118. Ioseph. Ramon. conf. 88. num. 3. & conf. 89. num. 1.

num. 1. Marius Giurb. decif. Sicil. 66. n. 10. Ant. de Amato var. resol. lib. singul. resolus. 6. per tot. D. Franciscus Salgad. de Reg. proteit. 3. part. cap. 16. a numero 29. D. Larrea disp. 39. Granatensi, n. 7. & 16. qui plures alios cumulat.

Constat itaque ex hæcenus traditis (vt iam ad 53 principalis argumenti solutionem, à qua tantisper digressi sumus, reuertamur) in gratuita promissione, seu donatione, aut etiam legato operatum, vel annuorum redditum, quin licet ac valide fiat, regulariter nihil obitare, nullumve inde resultare inconueniens, eum nullum ibi factum interueniat eius, cui talis sit promissio, vel legatum, ex quo animus ipsius usurarius argui possit, etiam si postea sic obligatus, vt se à tali obligatione liberet, sortem offerat principalem, cui opera illa pecunia æstimata, vel redditus annui respondeant, prout ad valorem illius promissionis, vel legati supponimus, ex his quæ hæcenus late diximus, hoc enim merè accidentarie, & præter naturam ipsius actus euenit. Id quod longè aliter se habet in venditione, quæ sui natura ad locum emptoris, & venditoris tendit, & sub eius spe celebratur, lege ff. voluntate 8. illic: Empior utiliori comparandis, venditor cariori distrahendis eorum gerentes, C. de resind. vendit. in quo & aliis eam à donatione rectè separat D. Franciscus Sarmiento select. interp. lib. 3. cap. 11. num. 5. verfi. Finis enim, & licet 54 * facta sub pacto de retro vendendo, vel redimendo, regulariter valeat, faciliè tamen admittit usurarie prauitatis suspitionem, nonnullis accidentibus, vt constat ex cap. ad nostram 5. de empr. & vendit. cap. illo nos 4. de pignor. cum vbiq; notatis, & ego cum pluribus docti, similes leges Rogias adferens dissertatione 32. num. 7. Porro in venditione annui census sub sola personali obligatione, & relato pacto, quod ad legitimam census venditionem necessarium esse ostendi dissertatione præcedenti numero 47. multa concurrunt, quæ vlturam ostendunt manifestam.

55 Tum * quia reuera pro solo vsu pecuniæ, sui natura infructifera, l. usura 121. ff. de verb. significat. cum traditis à D. Thom. 2. 2. q. 78. artic. 3. in corp. venditur annua peno pecuniaria, quod licet re accedente fructifera, super qua ins eius pensionis annuæ constituitur, vlturarium non sit, vt contra Alciat. & Mantio. probauit supra num. 24. cum duobus sequentibus, at nulla re accedente scias est, ex regula Textus in capite plerique 3. & capite fin. 14. quæst. 3. cum similibus, relatis dicto numero 24. quod late prosequitur Caslan. in catalogo glorie mundi 12. part. considerat. 99. post limitationes, verfi. Anette tamen, cum seq. & conf. 63. a num. 6. Tum etiam, quia est ex vi illius pacti non possit emptor, seu creditor pecuniam pro censu datam exigere, quod à mutuo, in quo capitale potest repeti, videtur alienum, tamen licet id non fiat expresse, & euidenter, fit tamen sensum, & per partes post aliquot annos, semper annuo redditu in futurum manente, & simul spe accipiendi iterum capitale, à venditore oblatum, à qua quidem spe procul abesse debet is, qui vlturariam labem vitare vult, iuxta illud Lucæ cap. 6. Mutuum dantes, nihil inde sperantes, cap. consuluit 10. verfi. Verum, illic, pro intentione lucri, quam habet (cum omnis usura, & superabundantia prohibeatur in lege) iudicandis sunt male agere, extr. de usur. id quod potestè latius declarabimus. Vnde * à gratuita promissione, seu donatione ad venditionem non recta argumentatio fit, vt & in terminis aduertit, sic præfato argumento verissimè respondens, idem Sarm. lib. 7. select. cap. 1. a num. 33. ad 37. ita quoque Nauarrus in comment. de usur. numero 82. verticulo. Ostendit, quod à quamuis, Ludouicus Lop. in instrumtorio negociant. lib. 1. cap. 54. conel. 1. probat. 34. & 5. & in D. D. Iof. Vela Dissertat. Iuris Tom. 1.

solutione primi argumenti, Rebells 2. part. de obligation. iustitia, lib. 10. q. 3. a num. 2. Auend. de censibus cap. 58. num. 29. & Ludouic. Cenc. 1. part. cap. 3. q. 1. artic. 6. num. 20. 21. & 28. cum duob. seqq. Nec * satisfaciit Felician. lib. 1. de censibus cap. 8. num. 4. §. sed responderi, verfi. Nam prima ratio, allicens, quod Sarmienti ratione attenda, nec census vitalitius licitus esset, quæ de causa idem Felician. in append. ad eund. lib. 1. cap. 8. num. 5. verfi. E contra, miratur etiam Nauarrum, quod censum personalem vitalitium admittat, & redimibilem neget. Animaduertere namque debuit Felician. vitalium sustineri ob amissionem fortis principalis, cuius recuperanda nulla in eo spes datur, nec in censuarij voluntatem collata (prout datur in personali redimibili) ac simul ob incertitudinem vite censuarij, iuxta quam potuit vitalitij census creditor, nec tot accipere redditus, qui sortem illam æquarent, quod si contrarium forte eueniret, id mere accidentarium est, nec in consideratione haberi debet, iuxta ea, quæ in sequenti dissertatione, a num. 42. ostendam, potissimum hanc inter censum istum, & redimibilem differentiam constituentem.

Hæcenus de gratuita operatum promissione, nunc de earum locatione videamus, vnde ad ipsarum venditionem in argumento inferebatur. Et huiusmodi illationem merito quoque negat D. Franciscus Sarmiento, lib. 7. select. cap. 1. num. 38. receptus à Ludouico Auendano de censibus d. cap. 58. num. 26. Sed quia duplici ex causa potissimum mouetur, vt quæ hic sigillatim examinanda erit. Prior itaque causa est, quia venditio ex se ins perpetuum inducit, liber autem homo ad tempus tantum operas suas locare potest, non etiam in perpetuum. Quæ tamen ratio, etsi pro se habeat Irnerium, antiquum glogographum, qui eiusdem fuit sententia, quod operatum locatio in perpetuum fieri nequeat, motus argumento Textus in lege Titio centum 70. alias 71. s. Titio centum, in 2. illic: Per quam ius libertatis infringitur, ff. de condit. & demonstrat. cui Sarm. & Auendans nullam Irnerij mentionem facientes, alia addunt iura, quæ mox breuiter explanabimus, in puncto tamen iuris vera non est, quia * operas suas ita locans, ius libertatis non infringit, cum præcisè ad eas præstandas non teneatur, sed vel possit leuare per substitutum, si personæ indultum non sit electa, argumento Textus in lege nemo est qui nesciat 5. verfi. Sicuti si ab eodem Fabro, iuncta glossa vltima, verfi. Vel secundum, ff. de duobus reis, l. quisquis 16. illic: Quo maluerit subrogato, & l. ad similitudinem 21. C. de Episcop. & Cleric. vel licet electa fuerit industria, præstando interesse liberetur, l. e si quis ab alio 13. §. 1. in fin. ff. de re iud. & l. stipulationes non diuidantur 72. in princ. verfi. Celsus, ff. de verb. obligat. ex quibus sic in terminis docuerunt Azo in summa ad tit. Cod. de locato num. 6. verfi. Sed puto, & cum Ioanne, altero glogographo, Accurs. in l. 3. §. constituitur, verbo reuerti, verfi. Sed tunc dic. ff. de usufructu, in l. antiquitas 14. verbo nunquam, verfi. Ioannes, & nos contra, C. de usufructu, ac verbo abecedente, verfi. Sed Ioannes, in §. 1. in fin. cod. & schol. 1. in l. si hi qui 22. C. de locato, quam sententiam, vt vetiorem sequuntur Rofredus Beneuentanus p. 4. ordinaris in dicitarij, Rub. de tit. ex locato, n. 17. Speculator lib. 4. tit. de locato, §. postquam, n. 18. verfi. Accursus dicit, Odofo. n. 2. & 3. Bart. licet remissimè tantum, in enucleat. glossa Florians. n. 3. Alber. n. 1. ad fin. Ang. n. 2. & Fulgo. n. 6. circa fin. in d. l. 3. §. constituitur (quem Albericus legit sub ead. l. 3. & Fulgo. sub l. 1.) idem Odofo. n. 3. verfi. Sed in quaestione ista, Zynus q. 2. Ioan. Fab. n. 2. verfi. Verius dicit, Bart. similiter remissimè n. 2. Bald. n. 8. verfi. Tu die, Salyc. & Paulus

in fisci patrimonium redactæ sunt, & illis pro annuo censu, seu vectigali Principi pendendo datae sub onere, illas semper illasas, benèque cultas conservandi, nam de his aliò se transferentibus idem passim iudicamus in consilio, ea de re erecto, quod dicimus de poblacioni, cui Dom. Præses, ac duo antiquiores consiliarii, cum antiquiore quoque fisci Regij patrono presunt. Quæ præterea * comprobari possunt ex his, quæ iure tradita sunt in usufructuario, qui cum paratus est relinquere usufructum (enti feudum equiparatur in cap. 1. §. huius norem, versic. Vt usufructus verò, tit. 2. 3. Beneficium quid sit, & quib. mod. amitt. lib. 2. feud.) onera ei iniuncta præstare non tenetur, l. cum usufructuarius 64. aliàs 71. ff. de usufructu, cum similibus præcedenti dissert. relatis numero 56. post medium, & in socio, qui cum in communione perpetuò esse non cogatur, leg. si non forem 26. §. si verum, versic. Nemo enim, ff. de condit. indeb. lege nulla 70. ff. pro socio, leg. fin. Codic. communi divid. (vt nec liber homo perpetuò seruire, aut in certo loco morari, ex his quæ supra latè diximus) societati renuntiare cum liberit potest, dum non in tempestivè faciat, l. 4. §. dissociatur, leg. si conuenierit 14. leg. idemque 16. lege sed & socius 17. §. 1. & 2. leg. si seruis 18. leg. verum 63. §. ult. in fine, & leg. aditione 65. §. diximus, ff. pro socio, leg. sandin 5. Cod. eodem, §. manet 4. insitut. de societ. leg. 11. titul. 10. part. 5. Vnde apparet, non rectè ex his inferri ad pactum, quo quis se alterius hominem extra relatas causas perpetuò facit, sine ad ei perpetuò seruendum præcisè obligat, ita vt inde domino inuito recedere non liceat, quia ex dictis verius est, id pactum etiam iuratum non valere, nec consuetudinem ea de re apud aliquot nationes introductam, vtpotè naturali libertati repugnantem, iure sustineri, aut defendi posse, iuxta regul. Text. in capite fin. de consuetud. cum similibus, relatis supra numero 25. iuncta regul. non est obligatorum, lib. 6. cum relatis à Gloss. & DD. ibi, vt & agnoscat Speculat. dicto titulo de feud. §. quoniam numero 2. ad finem, versic. Contractus iste, ac resolutio Baeca de inope debitor cap. 1. num. 3. versic. Adeò autem, & numero 11. & 12. tantumque in operis artificialibus verum est, posse liberum hominem eas perpetuò locare, quia ad eas per se præstandum præcisè non adstringitur, vt hæcenus latè probauimus.

85 Posterior causa, qua Sarmientus, (cui Auedan. & alij accessere, maxime Rebellus 2. part. de obligat. inst. libro 10. de censib. quest. 3. numero 3. ad fin.) motus est ad negandam similitudinem locationis operarum cum eorum venditione, in eo est, quòd et si in iure cautum reperitur, liberum hominem operas suas locare posse, non tamen æquè cautam reperitur, quòd & illas vendere queat, ac proinde talis venditio licita ceteri non debet. Quæ quidem ratio ex nonnullis difficilis redditur. In primis, quia cum tales operæ locari in perpetuum possint, vt probauimus, eadem ratione vendi poterunt, propter similitudinem locationis, & venditionis, in argumento consideratam. Rursus, quia non pauca sunt iura, quæ remissionis, aut venditionis operarum meminere, nec Textus in lege Iulianus 37. in princ. & versic. Plane, vbique ibi, libertatis causa imposta renouabitur, ff. de bon. libert. leg. cum patronus 22. §. cum libertus, in fin. illic: vel quis imposuit renouabitur, ff. de oper. libert. lege 4. illic: Si quam tibi pecuniam à libero tuo ex venditione operarum deberi probaueris, Cod. eodem titul. Tandem quia homo liber maior 20. annis, se ipsum ad pretium participandum vendere potest, lege & seruorum 5. §. 1. & lege homo liber 21. ff. de statu homin. lege si quis filio 6. §. iustum 5. versic. Vel si

maior ff. de iniust. rupt. lege quadam 14. ff. de penus, §. serui autem, in 2. versic. Aut iure ciuili, inst. de iure person. Ergò multò magis operas suas vendere poterit. Verum * his non obstantibus, præfatam rationem verissimam esse censio, qui non obstat primum argumentum, deductum ex similitudine locationis, & venditionis; quia illa locum tantum habet data paritate rationis, lecus si ea sit diuersa, argument. Textum in lege cap. si is 9. versic. Pignora, iuncta Glossa verbo Janè, versic. Vel hoc ideo, & communi, Codice de prædij minor. cum aliis, à nobis in simili expensis, & exornatis dissertat. 13. numero 56. Porro inter operarum locationem, & venditionem non modica differentia ratio considerari potest. Tum quia * locatio sui natura dominium non transfert, lege non solet 39. aliàs 42. ff. locati, & licet in longum, vel perpetuum tempus facta, dominium saltem vile transferre soleat, iuxta ea, quæ dixi dissertat. 19. numero 40. tamen cum id dominium cadere non possit in operis liberi, & ingenii hominis, quæ non magis in commercio esse possunt, vt cuique acquiritur, quam ipsi liber homo, vt mox probabimus, consequenter locatio, etiam perpetua, semper naturam suam retinet, vt adionem tantum conductori acquirit aduersus locatorem, vt liberum operarum vsum præstet, iuxta ea quæ docui, ac pluribus probaui dissertat. 12. à numero 30. Ad venditio * vice versa sui natura dirigitur ad dominium in emptorem transferendum, adeò vt contractum tantum conductori irritum reddat, lege cum mansueti 30. §. ultim. (vbi eadem differentia venditionis, & locationis probatur) ff. de contrahend. emptio. nec proinde cadere potest in operis liberi hominis, nam licet ipse ad humano commercio exemptus est, nec alterius dominio, aut possessioni subici potest, lege sed Celsus 6. & leg. si in emptione 34. §. liberton, ff. de contrahend. empt. leg. cum heredes 23. §. fin. ff. de acquirend. possessione, leg. inter stipulantes 31. §. sacram, & l. liber homo 103. ff. de verbor. obligat. l. 1. & 4. ff. ad l. Fabianam de plagiari. l. abduci 11. & l. liberum 15. Cod. eodem tit. §. item iuris, inst. de inutilib. stipulis, l. 22. tit. 11. part. 5. & l. 22. versic. Essa melma, tit. 14. part. 7. facit & Text. in l. liber homo 13. ff. ad legem Aquilianam, (quam in proposito expendit Castan. consil. 63. numero 7.) & in l. 1. §. sed cum homo, cum relatis à Gloss. verbo estimatio, ff. de his, qui deiecer. vel effud. sic & operæ eius subici alterius dominio nequeunt, quippe quæ dominium vel quali, putà usufructum, vel in usum pro domino possessionem in personam ipsam sequuntur, leg. acquiruntur 10. §. 1. illic: vel ex qualibet alia causa acquiruntur, §. de his 3. & §. idem placet 4. leg. liber homo 19. ac leg. qui bona 23. in princ. versic. Sed etsi quid, inuito §. 1. ff. de acquirend. rerum domin. §. item vobis 3. versic. Vel ex qualibet, §. de his 4. & §. ex his 5. inst. per quas person. cuique acquir. leg. 7. titul. 21. part. 4. Tum etiam, * quia cum sola opera pro certa mercede præstatur, tantum est locatio, & conductio, non emptio, & venditio, leg. Sabinius 20. leg. commentis 65. ff. de contrahend. empt. leg. 2. §. adeò, & leg. item si pretio 22. aliàs 25. §. 1. & 2. ff. locati, §. item quatuor 4. inst. eodem. Accedit, quòd locatio perpetua fit pro mercede, seu pensione annua, leg. 1. ff. si ager veltigal. §. adeò autem 3. inst. de locat. & conduct. venditio verò fit pro certo pretio, pro vna vice soluendo, §. pretium, & §. item pretium, inst. de emptio, & venditio. Est sane * si operæ hominis liberi in venditionem caderent, magnum ille dampnum inde subire, miserimamque fortunam experiri posset, puta pretium pro his acceptum amittere, vel disperdens, nec quicquam aliud, vnde se aleret, in bonis habens, argu

argument. Text. in l. fa. §. ipsum autem 5. versic. Filij autem, ad fin. C. de bonis qua liber. Cuius contrarium accedit in perpetuò operarum locatione, in qua locator ratione mercedis annuæ, seu salarij, quod ex tali locatione quotannis percipit, perpetuam potius utilitatem consequitur. Minus secundum argumentum 91 vrget, * sumptum ex dist. l. Iulianum, cum similib. que non loquatur in venditione operarum artificialium, à libero homine facta, sed in venditione, seu reuenditione operarum officialium, quas libertus patrono suo debet, iuxta superius tradita ex num. 62. à quarum obligatione pro talem reuenditionem sibi à patrono factam liberatur, vt ex illis legibus apparet. Vltimum denique non magis officit, licet magnam in eo vim faciat Felicianus de censibus lib. 1. cap. 8. num. 6. versic. Ledogæ ius humanum, rationem inde dectinans, * quòd se priuare quemquam libertate, non sit intrinsecè malum, quoniam libertas non est præcepti, aut prohibitionis naturalis, sed solius permissionis, ac facultatis, quòd & dixerat antea post Diu. Thom. & alios à se relatos, eodem lib. 1. cap. 1. num. 5. illat. 2. & num. 7. Quia in primis respondemus, quæstionem nostram tantum esse, an homo, liber manens, operas suas vendere possit, atque ita super eis censum constituere, non etiam an libertate penitus priuari, & in seruitutem redigi valeat, vt aduertit rectè Natur. in comment. de vsur. num. 32. versic. Tamen non ideo Deinde Feliciani consideratio facile vitatur, si aduertamus, ad hoc * vt liber homo pro venditionem seruificiat, plura debere concurrere, nempe vt ille maior sit viginti annis, vt libertum se sciat, ac nihilominus sponte se venditari per interpositam personam patiatur, vt emptor bonæ fidei sit, siue conditionem eius liberam ignoret, & vt venditio fiat gratia pretij participantis, atque id reuere accipiat, quorum aliquo deficiente, venditio inutilis est, & venditio ad libertatem proclamari licet, quæmadmodum hæc omnia constant ex l. cum pacto 40. ff. de liberis caus. l. non ideo 5. versic. Sed nec hodie, l. nec si volens 6. l. liberos 10. & l. si ministerium 16. versic. Maxime, C. eodem tit. l. 1. §. 4. & §. ff. quibus ad lib. proclam. non licet, l. 2. ff. si libert. ing. esse dicat. l. 1. versic. Etenim cetera, titul. 2. i. part. 4. notat Gloss. verbo venire, in dist. l. & seruorum §. 1. de stat. homin. & verbo maior, in dist. §. serui, in 2. inst. de iure person. & vbique communitè Doctor. Conan. lib. 2. comment. c. 1. num. 6. Sotus de iust. & iure lib. 4. quest. 2. art. 2. in corpore, versic. Altera est seruitus legalis, Ant. Faber in iurisprud. Papin. tit. 3. princ. 4. illat. 3. versic. Obseruandum, latè Amelcua de potest. in seipsum, lib. 2. cap. 17. à num. 5. D. Anguianus de leg. lib. 3. cap. 25. num. 67. D. Latrea d. disput. 9. à num. 71. vbi tamen, & num. 73. pro maiore viginti annis librorum incuria scriptum est viginti quinque, nec enim vir doctissimus in re addè aperta, quæ ex ipsis ab eo allatis 94 legibus constat, sic decipi potuit, maxime * cum adeò sola viginti annorum ætas sufficiat ad valorem humani venditionis, cetera accessere requisita, vt & maiori viginti annis, ac minori viginti quinque sic venditio, in integ. restituitur, quæ in ea ætate lapsis aliàs iure conceditur, planè denegatur in leg. si ex causa 9. aliàs 10. §. Papinianus, ff. de minoribus, vbi optime Anton. Fab. rationem explicat. Sed & adeò liberi hominis venditio pot 25. annos ceteris accedentibus facta valet, vt si postea manumissus sit, non ingenuæ, sed libertæ conditionis efficiatur, lege homo liber 21. ff. de statu hominum, dist. l. g. cum pacto 40. ff. de lib. causa. Cuius contrarium enimeret, si per venditionem illam verò seruis non fieret, sed tantum pro seruo esset, quia per subsecquentem manumissionem non fieret libertinus, sed ingenuus maneret, vt antea verè erat, l. si quis ingenuum 21. ff. de

capin. l. 2. & 3. C. de ingenuis, & manumiss. §. si. in istis, de ingen. vbi ea iura sic rectè componunt, & explicant Hotom. enunciar. 1. in fin. Vvelsembi schol. 1. Silueit. Aldobrand. num. 3. & D. Antoni. Pichard. num. 3. & 5. versic. Qui verò, Ant. Fab. in iurisprud. Papin. ad eund. tit. de ingen. versic. 4. versic. Nam si non ceteris, inuito princip. 7. & ad tit. 5. de libert. in princ. 2. illat. 1. Iul. Pacius legum conciliatar. cent. 1. quest. 26. Donel. lib. 2. comment. ap. 11. & ad eund. Hillig. lit. E, quibus tacite subscribit, dam ad eos se refert, D. Latrea d. disp. 9. num. 9. ad fin. In eoque differt * hominis liberi venditio, præfatis interuenientibus celebrata, à venditione rei sacræ, religiose, vel publicæ, ignorant facta, quòd cum illa, vt diximus, omnino valeat, liberumque hominem verè seruum faciat, & postea manumissum, verè libertinum, odio scilicet hominis tam abiecti animi, vt seruum se fingat, ac vt talem vendi, participandi cum venditore pretij gratia, curauerit, & fauore emptoris circumueniat, illumque seruum esse iuste putantis, vt Conan. & alij, supra relati pro ratione considerant, & Quælada q. iur. cap. 8. num. 6. hæc vice versa, in qua tot rationes non concurrunt, sed sola emptoris ignorantia, ad eum tantum effectum sustinetur, vt vilenem ac adionem ex empto, quæ & in factum dicitur, aduersus venditorem patet, l. qui officij 62. §. qui nesciens, ff. de contrahend. empt. iuncta leg. ossa 8. §. 1. ff. de relig. & sumpt. fin. Nam & in liberi hominis venditione idem iuris esset, si sola adesset emptoris ignorantia, nec cetera simul concurrent, Textus hic intelligendus in leg. & liberi 4. & leg. liberi 70. ff. de contrah. empt. l. minor 39. §. pater sciens, ff. de eniit. leg. §. tibi 25. C. eod. tit. & §. vlt. inst. de empt. & vendit. Idque est, quod in effectu voluerant, licet non sic distinctè rem explicantes. Cuiac. in d. l. & liberi, versic. Obicitur 1. & 2. & ibidem Gotofr. verbo si ab ignorans, Petrus Badius ad l. 9. ff. eod. tit. de contrahend. empt. n. 8. & 9. Ioan. Gædens ad l. 5. in princ. n. 14. §. de verb. obligat. & ad tit. C. de contrah. stipulac. c. 3. n. 59. D. Pichard. ad §. 1. n. 3. inst. de inutil. stipulat. Donel. ad tit. C. que res veni. non poss. n. 1. & lib. 12. comment. c. 20. versic. Sed etsi conueniat, & ad eum Hillig. lit. H. Ant. Fab. in iurisprud. Papin. tit. 3. princ. 3. illat. 3. Iul. Pac. legum conciliatar. cent. 5. q. 7. Nicol. Genoa de liber. legum, ad relatas l. 4. & 62. de contrah. empt. D. Latrea dist. diff. 9. numer. 72. Quod igitur libertas non sit præcepti, aut prohibitionis naturalis, sed permissionis tantum, hoc solum efficit, * vt sicut ius gentium potuit ex causa, ne liber homo in bello occidatur, eius inducere seruitutem per captiuitatem, l. libertas 4. §. serui, d. l. & seruorum §. 5. 1. versic. Iurisdictionem, ff. de statu hom. pupillus 239. §. 1. ff. de verb. significat. §. serui autem, in 1. inst. de iure per. d. l. 1. versic. Et licet; titul. 21. part. 4. sic & ius ciuile eam inducere poterit per venditionem, præfatis interuenientibus factam. Non autem * vt prinata tantum conuentione, iure destituta; id efficere possit, quæ aperte potius improbat in d. l. conuenit. d. l. nec si volens, & d. l. liberos, l. sciens, 6. C. de ingen. & manum. & ultra ordin. vbique; resoluunt African. Clemens d. par. potest. cap. vlt. n. 94. versic. Prou. etiam; Surd. de alimen. tit. 8. princ. 65. num. 4. atque alij superius relati num. 70. Quomodo simili obiectioni in casu, de quo infestus distatam, respondant rectè Alex. in l. alia 15. §. eleganter num. 8. ff. soluto marrum, Ripa in l. obligatione num. 9. ad fin. ff. de pignor. Baeca de inope debitor cap. 1. num. 6. versic. Neque obicit, Petrus Barbol. in d. §. eleganter, n. 38. versic. Non obicit tertium.

Munac. itaque; quòd et si superior Sarmienti, & sequacium solutio ad principale argumentum, de quo agimus, quatenus perpetuam operarum liberi hominis locationem indistinctè negat, vera non sit, Ss 4 tamesi